UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

Caput X. Judices a Synodo designandi, qui delegentur a Sede Apostolica, a quibus, & Ordinariis caussæ breviter terminandæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67192

Visual Library

„tur, diligenter cognoſcantur, & quos „non repererint, ob maxime evidentem „Eccleſiæ, vel beneficii, ſeu dignitatis „neceſſitatem legitime conſtitutos eſſe, „in totum revocent, atque beneficia „hujusmodi ſine damno illa poſſiden„tium, & reſtituto patronis eo, quod „ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum „libertatis ſtatum reducant, non ob„ſtantibus privilegiis, conſtitutionibus, „& conſuetudinibus etiam immemo„rabilibus.

§. LXXXII.

De Judicibus delegatis.

CAPUT X.

Judices a Synodo deſignandi, qui delegentur a Sede Apoſtolica, a quibus, & Ordinariis cauſſæ breviter terminandæ.

„Quoniam ob malitioſam petentium „ſuggeſtionem, & quandoque ob „locorum longinquitatem, perſonarum „notitia, quibus cauſſæ mandantur, uſ„que adeo haberi non poteſt, hincque „interdum judicibus non undequaque „idoneis cauſſæ in partibus delegantur: „ſtatuit ſancta Synodus in ſingulis Con„ciliis provincialibus, aut dioeceſanis „aliquot perſonas, quæ qualitates ha„beant, juxta conſtitutionem Bonifacii octa-

„octavi, quæ incipit, *Statutum* & alio- Sæcul. XVI. A.C. 1563.
„quin ad id aptas deſignari, ut præter
„Ordinarios locorum, iis etiam poſthac *Conc. de re-*
„cauſſæ Eccleſiaſticæ, ac ſpirituales, & *ſcript. in 6.*
„ad forum Eccleſiaſticum pertinentes,
„in partibus delegandæ committan-
„tur. Et ſi aliquem interim ex deſi-
„gnatis mori contigerit, ſubſtituat Or-
„dinarius loci cum conſilio Capituli
„alium in ejus locum, uſque ad futu-
„ram provincialem, aut diœceſanam Sy-
„nodum, ita, ut habeat quæque Diœ-
„ceſis quatuor ſaltem, aut etiam plures
„probatas perſonas, ac ut ſupra, qua-
„lificatas, quibus hujusmodi cauſſæ a
„quolibet Legato, vel Nuntio, atque
„etiam a Sede Apoſtolica committan-
„tur: alioquin poſt deſignationem fa-
„ctam, quam ſtatim Epiſcopi ad ſum-
„mum Romanum Pontificem tranſmit-
„tant, delegationes quæcunque alio-
„rum judicum aliis, quam his factæ,
„ſubreptitiæ cenſeantur. Admonet
„dehinc ſancta Synodus tam Ordina-
„rios, quam alios quoscunque judices,
„ut terminandis cauſſis, quanta fieri
„poterit, brevitate ſtudeant, ac litiga-
„torum artibus, ſeu in litis conteſtatio-
„ne, ſeu alia parte judicii differenda,
„modis omnibus, aut termini præfixio-
„ne, aut competenti alia ratione oc-
„currant.